Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Ultimum Humanitatis officium Quo ... Virgini Elisabethae Viri ... Dn. Laurentii Marquarden/ I.U. Doctoris quondam celeberrimi Filiae, Pie denatae & ad Coelum tendenti

Rostochii: Kilius, 1655

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770365256

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

416

Ultimum Humanitatis officium
Quo
Venuſtiſſimæ & virtutis omnigenæ laude
inſigni Virgini
ELISABETHÆ
Viri Ampliſſimi Conſultiſſimiq;
DN. LAURENTII Marquarden/
J. U. Doctoris quondam celeberrimi
Filiæ,
Pie denatæ & ad Cœlum tendenti
Parentabat
NATIO POMERANORUM.

ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. Anno 1655.

LB FP Marquard, Elisabetha 1655/c

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn770365256/phys_0001
DFG

BIBLIOTHEK D. MECKLENB. RITTER U. LANDSCHAFT.

Προσωποποιΐα *ad Parentes & conſangvineos.*

PRolem ſepultam ne miſerabili
Urgete quæſtu; mittite nænias,
Lenite clamorem, Parentes,
Et vacuum cohibete luctum.
Non fabuloſus me tenet impiâ
Cocytus unda, ſtagnaq; triſtia
Regnata Diti, nec doloſi
Me ſtrepitus rapit orbis ultra.
Terras Olympo muto beatior:
Illic nec acer me quatit Africus
Portum tenentem, nec protervi
Exanimant Aquilonis iræ;
Nec Martialis ſollicitat tuba
Quandoq; campis rauca remugiit.
Beata, nil ultra laboro
Luce nitens melioris ævi.
Pax me tuetur ſanctaq; Fauſtitas;
Impunè mortis nec metuo gradum
Ullum, ſed immenſis perenno
Orbibus impatiens perire.

Deſpon-

Deſponſa caſto fœdere Numini,
Ulnis Amantis leniter incubo:
Hunc torreo; cor omne amando
Surpuit; haud ſine laude prædo.
Amore nupſi candida pronubo
Divoq; nupſi. Sole prior nitet
Sponſus Parentis magna imago
Candor inocciduiq; Pulcri.
Baccata cinxit colla monilibus
Et margarita divite prægravat
Aures, pyropumq; & nitentem
Per digitos Adamanta nectit.
Decora quantum non Heliceminor
Non clara Plejas; Splendeo pulchrior
Quam Gnoſſis ardens, quam Diana
Pulchra genas, maculoſa vultum,
Ergò dolorum deſine quisquis es:
Odi ſeveræ murmura næniæ
Cœlo recepta & nil laborans
Falce ſuperpoſito malorum.

417

Προσωποποιΐα ad Parentes & co[illegible]os.

PRolem ſepultam n[illegible]bili
Urgete quæſtu; n[illegible]nias,
Lenite clamore[illegible]es,
Et vacuum c[illegible]ctum.
Non fabuloſus me tenet[illegible]
Cocytus unda, ſtagnaq;[illegible]
Regnata Diti, nec do[illegible]
Me ſtrepitus rapit [illegible]a.
Terras Olympo muto b[illegible]
Illic nec acer me quatit[illegible]
Portum tenentem, n[illegible]ri
Exanimant Aquilo[illegible]
Nec Martialis ſollicitat t[illegible]
Quandoq; campis rauca[illegible]
Beata, nil ultra labor[illegible]
Luce nitens meliori[illegible]
Pax me tuetur ſanctaq; F[illegible]
Impunè mortis nec metu[illegible]n
Ullum, ſed immenſis p[illegible]
Orbibus impatiens p[illegible]

ſpon-